



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 72. Pontificis studium in hæreticis inquirensis, ac plectendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. dit, ut Cardinalis Caroli Caraffæ, e-  
 A C. 1566. jusque Fratris Palliani Ducis caussa  
 rursus examinaretur, atque hujus sen-  
 tentiæ æquitas discuteretur, nec ina-  
 nis erat hæc sollicitudo; plures enim  
 illorum, qui huic judicio intererant, ac  
 contra eos pronuntiaverant, hanc senten-  
 tiam in gratiam prioris Papæ se tulisse di-  
 xerunt, eamque retractarunt, professi, ju-  
 stitiæ leges minus observatas, hinc  
 Pius V. illorum testimonio fretus Ca-  
 raffas famæ, titulis, & dignitatibus re-  
 stitui voluit.

*Spond. hoc  
 ann. n. 4.*

§. LXXII.

*Pontificis studium in hæreticis inqui-  
 rendis, ac plectendis.*

*Thu. l. 39.  
 Spond. n. 4.*

Illud ipsum æquitatis studium, quod  
 neo-electus hic Pontifex hac in oc-  
 sione. exerebat, haud minori erga Reli-  
 gionem zelo testatum reddidit, dum in  
 eos, qui opiniones de fide suspectas fo-  
 vebant, sedulo inquiri, ac quotquot po-  
 terat, ad se Romam transmitti juberet;  
 præprimis vero Julium Zannetum, qui  
 Patavii domicilium contraxerat, ob  
 eam caussam a Senatu Veneto tradi  
 impetrabat, qui etiam Romæ damnatus  
 ignis supplicio affectus est. Eodem  
 tempore Magistrum sacri palatii Flo-  
 rentiam misit, qui Petrum Carnesecum  
 arctissima cum Medicæis necessitudine  
 con-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.

conjunctum, & Margaritæ Sabaudicæ Ducis uxori diu familiarem sibi confignari postularet. Magister hic, cum Pontificis literas Cosmæ Duci porrigeret, Petrum istius mensæ assidentem invenit, nihilominus Cosmas, qui gratiam Pontificis obvio obsequio, & quavis alia ratione demereri in animum induxerat, ac Pii V. severiorem indolem reformidabat, neglecto amici periculo, eum sine ulla cunctatione tradidit, qui Romam perductus, atque accusante eum Achille Statio Lusitano convictus est, quod cum sectariis in Germania, & in Italia cum Victoria Columna Marchionis Piscarii vidua, necnon cum Julia Gonzaga nobilissimis feminis, sed de pravitate sectaria suspectis amicitiam coluisset, ideo tandem ad ignem damnatus est, nec minus postea Aonius Palcarius, cujus eruditionem singularem scripta ipsius testantur, eadem poena affectus est Romæ, cum convictus esset, quod Inquisitionem esse ficam in literatos districtam dixisset, atque indignum in modum contra sacrum hoc tribunal declamasset.

§. LXXIII.

*Ejusdem Constitutiones contra lupanaria Romana.*

K k 3

Pari-